

IOHANNES RHODOLPHVS DE HALLVIL CVSTOS  
*Basiliensis.*



**I**ohannes Rhodolphus ex nobili familia Halluui-  
lorum apud Bernenses in Heluetia natus, & om-  
ni genere uirtutum educatus est. Is parentum uo-  
luntate à pueris operam literis dedit, & mediocrem  
eruditionem in Academijs nactus fuit. Postea sese  
Basileam contulit, & bonis artibus magna diligen-  
tia incubuit. erat is pietatis & religionis amanti-  
ssimus, necnon multis alijs Heroicis uirtutibus prædi-  
tus. Itaq; collegium cathedralis Ecclesiæ Basiliensis  
hunc Ioannem Rhodolphum in suum numerum ad-  
optauit, et tandem etiam Custodem elegit. In eo lo-  
co is uitæ integritate reliquis Canonici exemplo  
fuit, atq; Episcopo Christophero Vtenheimio gra-  
tissimus extitit. Cum hoc modo per multos annos Basileę uixisset, tandē post  
Christophorum Episcopus Basiliensis eligitur.